



UNIVERSITÄTS-  
BIBLIOTHEK  
PADERBORN

## **Universitätsbibliothek Paderborn**

**Fasti Mariani**

**Brunner, Andreas  
Pfeffer, Wilhelm**

**Antverpiæ, [1659 erschienen] 1660**

S. Sigefridvs Ep. 15. Februarij.

**urn:nbn:de:hbz:466:1-42032**

25. Feb. VITÆ S A N C T O R U M .<sup>3</sup> 91

Post tot victorias etiam inter flamas cantare  
Pæana placuit. Denique ubi per omnem Italiam  
circunducti omnia theatra sanguine suo pinxe-  
runt, patria rursus exceptit, & gladio cæsos coro-  
navit. Fama obtinuit Angelos cælo ad vincitos de-  
volasse in carcerem, & sacram Eucharistiam præ-  
bentibus Ministros adstitisse. Videtis Mariani, in  
quorum officium involeatis, cum ad aram servitis?  
Profectò aut muneris hujus vos non pudebit, aut  
Angelis similes esse pigebit. Ex Surio.

Cum Ecclesiasticis officiis ritè credatur Angelo-  
rum semper adesse presentiam, nostramque vigilan-  
tiam sive desidiam non modò diligenter attendere,  
sed & superno Indici cuncta per ordinem nunciare,  
quanto putamus adversus nos zelo moventur, dura  
in conspectu illius nos irrevereter sedere conficiunt,  
eui ipsi trementes assistunt? S. Pet. Dam. l. 3. Ep. 8.

S. SIGEFRIDVS EP. 25. Februarij.

**L**iceat exclamare, ô mores! ô tempora! Quos  
nunc pellit Anglia fidei Doctores, hos olim  
velut Colonias meliores in orbem omnem mit-  
tebat, ea demum foedera cum regibus sancta esse  
censens, quæ fides, quæ, quos diximus, feiales pe-  
pigissent. Ita Olaus Suecorum & Gothorum Rex  
præconem verbi divini SIGEFRIDVM impetravit  
ab Angliâ, quem hodie rectius ipsa accenseret. So-  
cios ille traxit Vnamannum, Sunamannum &c Vi-  
vamannum nepotes suos. Poterat Insula deinceps  
Fortunata dici, postquam hi heroes ad illam ap-  
pulsi sunt. Certè beatum se putavit, qui Insulæ  
præfactus erat, cum inter sacra à SIGEFRIDO tolli  
in altum non jam panis umbram, sed aug. stâ spe-  
cie puerum vidit; moxque pueri hujus manibus  
manus

manus dedit. Non incruenta tamen victoria SIGFRIDO fuit. Cæsi tres nepotes; mœrore temperarunt triumphum. Cæterum dum ponè stagnum obambulat, tergemimum lumen vider; hoc indice urnam; in urnâ capita tergmina. Hic vero vindictam clamanti SIGFRIDO, vindicabit, è capitibus unum respondit. Mox altero quando nam? roganti, tertium caput, *in filios filiorum*, subicit. His aliisque prodigiis illustris SIGFRIDVS tumulum accepit in templo, quod Vexione Angelorū jussu exædificarat. Nunc inter Anglos Angelosq; quam rurum commercium? quam magnum, ô Magne Gregori, discrimen? Ex Vit. Aquilon. Ioan. Vastivit.

*Gemina dulcedo suavitatis exuberat in pectore Domini IESV, longanimitas videlicet in expectando, & in donando facultas: ad hoc autem diu suspendit sententiam ultionis à contemnente, ut quandoque gratiam remissionis præstet in pœnitente.* S. Bern. ser. 9. sup. Cant.

S. SEVERVS. C. 15. Februarij.

Et quod in Sacerdote SEVERO speculentur ii, non animarum, sed rem suam qui curant Sacram ædem, & in hâc, ne Marianum fuisse dubites V.RGINIS aram curabat SEVERVS, vitæ integratæ, & miræulis multùm illustris. Fortè putandis vitibus insistebat, cùm supervenit, qui ægrum, nescio quem, opem afflagitate ultimâ nuntiat, cæterum sacris munitum non adhorrere ab ultimâ luçtâ Respondet SEVERVS, & affuturum se illico spondet. Ut tamen operi finem imponat (perpauxillum supererat) moram aliquantulam facit. Indè celeri gressu dum ad moriturum contendit, ecce mortuum audit. Hic enim verò palam SEVERVS se incusat, veniam suam ut curaret